

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula II. Agens nobilus est paciente

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Disputationum Philosophicarum

SEPTIMA,

continens

REGULAS II.

pertinentes ad doctrinam.

ACTIONIS ET AGENTIS.

REGULA I.

Agens & patiens debent esse simul.
Longum esset futurum, si hanc Regulam ex professō explicare, & quæ circa eam moveri & possent & solent dubia enodare vellem. Sed quia id prolixè datum fuit ab Interpretibus Aristotelis & aliis, idcirco ad eos auditorem remitto. Legantur ergo ipse Aristoteles *I. de ort. & inter. c. VI.* imprimis autem *VII. Phys. c. II. & ibid. Toletus q. II.* Conimbricenses & Ruvio *q. I.* Scotus *III.* ubi & Franciscus de Pitigianis ; & *I. dis. XXXVII. q. unic.* Rada part. *I. controv. XXIX. art. II.* Vazq. *P. I. Tom. I. disp. XXIX.* Suarez *disp. Metab. XVIII. s. IX.* Mendoza *disp. Phys. IX. s. VI.* apud quos & id simul explicatum inveneries, quod alias dicitur, *Nihil agit in extremum, nisi prius agat in medium.*

REGULA II.

Agens nobilior est paciente.

I. Αἱ ποιῶντες τὸ ποιεῖν τῷ κάκοι τῷ οὐδὲ

de xii. tñc vñnc, semper honorabilius est agens patiente. & principium (i. e. causa efficiens) materia, ait Aristoteles III. de anima. t. 19.

II. Sed obstat videtur I. Quod calor non nobilior, sed potius ignobilior est aqua, vel ferro, aut aliis substantiis corporeis. Sed calor est agens, corpora autem hujusmodi sunt patientia, quando ea calor facit calida. E. quoddam agens non nobilior, sed ignobilius est paciente. Major est certa, quia calor est accidentes, accidentes autem ignobilius est substantia. II. Si omne agens esset nobilior paciente, esset aliquid nobilior seipso. Consequentia probatur i. quia idem agit in seipsum; 2. quia in reactione calidum v. g. agit in frigidum, & vicissim ab eo patitur. Si igitur agens semper nobilior est paciente, idem, ut calidum, erit nobilior altero, ut frigidus, & simul erit ignobilius eodem, & per consequens erit nobilior seipso. 3. Sensibile, v. g. calor, agit in sensum, v. g. visum, & sensibiliter patitur a sensibili; sensibili tamen non est perfectius sensu.

III. R. Quoddam est agens, quod ita agit, ut a nullo pati possit: cuiusmodi est solus Deus; alia vero agentia agunt ita, ut simul pati possint, si non ab aliis, in quae agunt, tamen ab aliis: sicut Sol agit in haec inferiora ita, ut licet ab aliis nihil patiatur, alias tamen patiatur & pati possit, quod vel ex motu ejus perspicuum est.

Si

Si de priori Regula intelligatur, argumenta
ducta nihil officere quilibet jam videt, quia illa
hujusmodi sunt agentia, de quibus in ar-
mento mentio fit, ut simul sint passiva.

IV. Sed & de aliis agentibus Regula ex-
canda est. Potest igitur dici 1. Agens esse patie-
te nobilior, quando agens & patiens sunt eju-
dem ordinis sive generis: ut si utrumque sit
substantia; quæ explicatio est Zimaræ propria.

125. Atque hinc patet, primum argumentum non obstat. 2. Dicitur aliquid aliquo nobilior dupliciter: vel **absolutè**, quomodo homo est nobilior leone; vel **secundum quid**, & sic leo, u-
sanus, est nobilior homine, ut ægrò; nobilior est etiam eodem, quantum ad robur corporis. Ex quo patet, posse aliquid esse nobilius altero in aliquo, vel etiam simpliciter, ut in aliò sit ipsò ignobilis. Imò non videtur absurdum idem esse nobilior seipsò, diversò respectu, sive diversâ ratione: quemadmodum homo ut in-
telligens, præstantior est seipsò consideratio-
ratione virium corporis; & aqua, ut actu frigida nobilior est seipsà, ut potentia est frigida. Jan-
dicendum, agens esse nobilior patiente, si non
absolutè, tamen quatenus, sive è ratione, quod ipsum est agens, & alterum est patiens. Patiens
enim tantum potestate tale est, quale est agen-
tia, quemadmodum suprà audivimus. Sed
esse actu tale est præstantius, quam esse pote-

stia

late tale
argumen
surdum,
eodem ta
titur, qui
quod fri
nihil abs
intellect
vaelicit
seipsò, u
esse abso
simia ope
nationem
esse nobi
iste autem

VI. I
quid in
ram esse
cta, & p
seipsum

VII.
gens est
nisi ali
ipsum a
lior om
sponsio
proprio
sponsio
U. qua


stare tale. Atque hoc modo etiam patet, reliqua
argumenta nobis nihil officere. Non est ab-
surdum dicere, calidum esse perfectius frigidum,
eodem tamen esse imperfectius, ut ab ipso pa-
titur, quia sic calidum potestate tantum est id,
quod frigidum est actu. Hac ratione etiam
nihil absurdum est, idem esse nobilior seipso: ut
intellectum, quatenus tanquam potentia acti-
vælicit ex se intellectionem, esse nobiliorem
seipso, ut eam recipit. Ita Zimara dicit, *sensum*
esse absolutè nobiliorem sensiti, quòd perfecti-
sima operatio sensus excellat perfectissimam ope-
rationem sensibilis, secundum quid tamen sensibile
esse nobilior sensu, quatenus nimirum ipsum agit,
iste autem patitur.

VI. Posset etiam, quantum ad id, quod ali-
quid in seipsum agit, dici, Regulam tunc ve-
ram esse, quando agens & patiens sunt distin-
cta, & propterea non loqui de agente, quod in
seipsum agit.

VII. Poterit etiam Regula ita explicari: A-
gens est nobilior paciente, *ceteris paribus, vel*
nisi aliunde patiens nobilior sit, aut nisi &
ipsum agens sit, ita, ut competit ipsi actio nobi-
lior omni actione alterius agentis. Quam re-
sponsionem etiam Zimara partim expresse
proponit, partim innuit. Quod ipsò etiam re-
sponsio patet ad argumentum I. & III. ut & ad
II. quantum ad posteriorem partem. Nam
quod

quod de actione ejusdem in seipsum fuit allatum, sufficit responsio §. preced propo-
tum. Nam quod calor agens in aquam, aut ferrum
aut aliud calerefactibile, non est absolute per-
petuus, inde est, quod cætera non sunt paria, cum
aliundè istis patientibus major constet no-
bitas: sunt enim substantiae, calor autem acci-
dens. Ita frigidum agens in calidum, non
ipsò absolute præstantius, quia calidum ita
patitur, ut ipsum tamen agat præstantiore
actione frigidū. Idem dictum fuit §. V. de sensu
& sensibili.

¶ IX. Excepi autem id, quod de actione ejus-
dem in seipsum fuit allatum, quia cum nihil
absolute seipso sit nobilior, si Regula intellegi-
tur de eo, quod absolute nobilior, usus
panda est responsio §. VI.



Dif.

D

Mate

I. Ha

Philosoph

pibilem, i

eſt. Si enim

ex quo in ex

ra. Quare e

II. Sol

rum est de

cundam,

25 respect

pi, manife

III. De

sophi ver

Quicq

nece

Sed ma

E. non p

Major pa

ptio præ

neratur,

dum & q

jectum qu

Philosop

nor, quia

am, non

am

am